



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

3. Hæredum gradus, cur plures substituti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

remedia prodiderunt, siue tres actiones indu-
 xerunt. Prima, est actio ex testamento, quæ di-
 citur esse personalis, & oritur ex quasi con-
 tractu aditionis hereditatis quo fingit ipsum
 heredem adeundo se obligasse creditoribus &
 legatarijs: vt. l. apud Iulianum. §. fin. cum. l.
 seq. ff. quib. ex cau. in poss. ea. & l. ex malefi-
 cijs. §. heres. ff. de act. & obliga. & instit. de
 obli. ex quasi contract. §. heres. Secunda est
 actio in rem, quæ rei vindicatio dicitur. Et
 oritur ex dominio, quod lex in ipsum legata-
 rium transfert à morte defuncti, vt. l. à Titio.
 in fin. ff. de fur. Tertia, est actio hypothecaria:
 propter quàm omnia defuncti bona obligata
 sunt, de qua cum reliquis fit mentio in. l. 1. &
 2. C. communia de lega. l. cum filius. §. varijs.
 ff. de leg. 2. & instit. de leg. §. sed olim. Et idem
 2 † de fideicommissis dicendum est: quia per o-
 mnia æquata sunt legatis. vt. l. 1. ff. de legat. 1.
 & d. l. 1. & 2. C. communia de legat. Sed quia
 3 plerumq; eueniebat, quod heredes legata † non
 soluebant, neq; voluntatem testatoris perficie-
 bant: ipsimet testatores prouiderunt substitu-
 endo plures heredum gradus, non solum præci-
 piendo,

DE EXECVT VLT. VOLVN.

piendo, rogando, damnando: verum etiam poenas apponendo ipsis heredibus vel legatarijs, aut fideicommissarijs, quod principes obseruari voluerunt, nisi de re impossibili foret, aut probrosa, vel legibus interdicta. l. 1. C. de his, quæ poenæ nomine. & institut. de legatis. §. sed olim. & §. fin.

Insuper et quoque sacratissimus imperator 4
Iustinianus Augustus, cupiens deficietium voluntates impleri, mandauit intra spacium anni, eas effectui mancipari, alioquin eos hereditate priuari: & eam ad substitutos vel coheredes vel ab intestato cõunctos, aut seruos proprios, vel ad fiscum, vltimo loco deferri: vt in authen. de hered. & fal. §. si quis verò non implēs. cum. §. seq. vsq; ad. §. hinc nobis. col. 1. & in authen. hoc amplius. C. de fideic. & in authen. de eccle. titu §. si quis adijcationem. col. 9. & c. nos quidem. de testa. Verum, quia superioribus prouisionibus non fuerat adhuc plenè consultum, adhuc de personis executorum & commissariorum per testatores, & vtriusq; iuris leges consultum est, atq; prouisum. Idcirco de his dicere cupientes, vt res
optime